



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

51. De annunciatione dominica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-50980)

CVm veniret plenitudo temporis, vt prædi-
cta figuræ adimplerentur, & dignaretur
Deus adimplere desiderium sanctorū Patrum;
missus est Gabriel Archangelus ad Virginem, vt
ei Dominicā Incarnationem annunciat. Con-
templare hīc, & exulta sanctorum Patrum im-
pleta desideria, & diuina oracula. Animo reuol-
ue reuerentiam per Angelum Virgini incom-
parabili exhibitam, & stuperesc quantum potes
Dei humiliationem. Attende Mariæ exultatio-
nem. Aduerte eius humilitatem, aliasq; virtutes.
In corde ruminare eiusdem lætitiam, exultatio-
nem, & iucundam deuotionem. Neq; obliuioni
tradendum est ministerium, per eam cognata
suæ Elisabethæ impensum.

DE VITA D O M I N I S V B Q V O D A M
*compendio ad exercitium nouiter contempla-
ri incipientium.*

CAPVT LII.

ET ut sub quodam compendio totam vitam
Domini recollectam tecum deportare va-
leas, considera quomodo Deus factus parvulus
vagit, & lachrymatur in præsepio. Attende eius
paupertatem: Intuere eius humilitatem, & de-
scensum Angelorum, & vigilias pastorum. Con-
spice vtrorumq; ad inuicem mutua colloquia:
Mariæ & Ioseph vehementem stuporem. Inspice
Dominam nostram genuflexam, præ magnitu-
dine lætitiae quem peperit adorantem, & in cor-
de